

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 105. Legati ac Præsides Tridenti excepti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

qui numero tredecim jamjam in urbe  
agebant, cum ingenti honorum signifi-  
catione exceperunt, eique obviam pro-  
cesserunt. Eundem quoque officiosa sa-  
lutatione, & oratione latina honorabat  
Laurentius Platanus natione Belga Tri-  
dentini Cardinalis nomine, cui a Secre-  
tis erat: huic vero sermoni Antonius  
Floribellus Mutinensis Pontificii Legati  
nomine respondit.

Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

### §. CV.

#### *Legatus, ac Præfides Tridenti excepti.*

Postquam Crescentius Legatus, ac Sy- Pallav. §  
nodi Præfides ad Templum urbi Rayn. l.c.  
proximum advenerant, illud ingressi, Cæsarei Fisci  
itinerantium habitu deposito Pontificias Procur. edit.  
vestes induebant. Ibidem Franciscus Pallav.  
Vargas Hispanus Cæsarei Fisci Procu-  
rator, atque Jurisconsultus ab Impera-  
tore ad Synodum decretus commissæ  
sibi facultatis, ac mandati literas pro-  
tulit, & Præfides omnino certos esse  
voluit, quod Cæsar summo studio, at-  
que affectu Synodi commoda promovere,  
illamque protegere velit, atque ingen-  
ti prorsus lætitia affectus sit, eoquod  
Patres rursus congregatos cerneret: po-  
stea fusius in Papæ, Legati, atque ut-  
riusque Nuntii encomia excurrerit. Ad

X 5

hæc

Sæcul. XVI. hæc Crescentius breviter quidem, re-  
A.C. 1551. verenter tamen, ac graviter respondit,  
Denique consensis iterum equis omnes  
urbem ingressi sunt bini, ac bini, Lega-  
tus, & Cardinalis Madrutius Tridenti  
Episcopus, tum duo illi Nuntii, ac de-  
mum reliqui pro more Antistites. Per-  
solutis hisce solemaniis in ejusmodi oc-  
casione consuetis Legatus ad Palatium  
suum deducebatur. Eadem die Fran-  
ciscus Toletanus Cæsaris Legatus Tri-  
dentum venerat, ac biduo post Synodo,  
& Sessioni undecimæ initium dabatur.

## §. CVI.

*Quædam statuta ante Synodi celebra-  
tionem condita.*

*Acta & De-* Interea Imperator sollicite ex Augu-  
*creta Conc.* stana urbe literas encyclicas divulga-  
*Trid.* bat, quibus omnes a Papa ad Syno-  
*per Nic. Psal-* dum convocatos, iter maturare roga-  
*meum in S.* bat, & cunctis suis subditis, quibus  
*Antiq. mo-* num impress. Synodum accedendi jus competebat,  
*Stivagii an.* interesse præcepit, publicæ fidei lite-  
*1725. a Patro* ras, plenamque securitatem pollicitus.  
*Hugo.*  
*Pallav. l.c.* Datæ sunt hæ literæ Augustæ die vige-  
*num. 3.* sima tertia Martii. Pariter Joannes  
*Abba-* Archiepiscopus Trevirensis die quar-  
ta Aprilis datis Ehrenberti - Saxi  
literis ad Synodum vocabat Nicolaum  
Psalmeum Ordinis Præmonstraten-  
sium